

valemus perficere, nisi quod utcumque ea, quæ gerimus, scripto posteris stabilimus. Hinc est, quod universitati succedentium generationum notum facimus, quod Fridericus comes de Brenen noster dilectus consanguineus xxiii mansos in villa Niendorp partim in concambio aliorum bonorum, partim pro pecunia ecclesie beati Petri in Monte Sereno contulit iure perpetuo possidendos. Sicut autem ab anteactis temporibus ad nos usque 5 perseverasse probatur, homines huius ville a placito provinciali exempti sunt, neque id aliquatenus observare tenentur, nisi aut ipsi querimoniam de quoquam facere necesse habuerint aut de ipsis querimonia deponatur. Nichil etiam eorum, quæ inter eos casu exorta decidenda fuerint, nisi quæ dominus ville per se fortassis exsequi non valuerit, iudex provincialis ad se noverit pertinere. Preterea senioem habere non debent, ne 10 eius occasione ad provinciale placitum compellantur. Quicquid autem residuorum bonorum ipsius ville ecclesia beati Petri in Monte Sereno in posterum iustis modis acquirere potuerit, id nos consensisse fideliter protestamur. Preter hec ecclesiam ipsius ville Niendorp idem comes deo et beato Petro in Monte Sereno obtulit æternum pro ea deo donante premium recepturus. Ne autem hec gesta futuris temporibus cuiusquam 15 malignis adtemptationibus irritentur, ea sigilli nostri impressione et testium adnotatione communimus. Iii autem sunt testes: Tidericus episcopus de Merseburch. Bertoldus prepositus de Merseburch et Heinricus camerarius frater eius. Hermannus burchgravius de Witin et Olicus frater eius. Iohannes burchgravius de Geuckenstein et Waltherus frater eius. Heinricus de Scudiz. Heinricus de Lizoc. Otto de Pouch et Wernerus et 20 Tidericus fratres eius. Otto pincerna de Landesberch. Conradus de Landesberch et Uulradus frater eius. Hermannus de Rosenuelt et Otto frater eius. Symeon de Landesberch et Geuehardus de Zurbeke frater eius. Heinricus de Godenberge. Tidericus Dochter et Hermannus frater eius. Ericus de Pritin. Rodolfus de Nienburch. Heinricus de Chlewiz. Martinus de Hancerade. Heinricus de Lüberiz. Wasmodus de Zurbeke 25 et alii plures.

Acta sunt hec anno domini millesimo ccc. vii., indictione x., iiii. non. iunii Dieiiz in placito provinciali; amen^a).

(SFR.)

Die Grafen Friedrich und Ludwig von Ziegenhain und Burkard von Fulkenstein, Albert von Hackeborn und Graf Heinrich von Wegebach schenken dem Deutschorden die Kirche zu Reichenbuch. — Zeuge: Landgraf Hermann. Würzburg und Nordhausen, 1207 [Aug].

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg (Fach 2553). Die Siegelbeschreibung bei Wyß. Das erste Siegel des Albert von Hackeborn, das zweite des Grafen Ludwig, das dritte des Grafen Friedrich (= Taf. XVI. 3), das vierte 35 des Grafen Heinrich von Wegebach.

Gebr.: Wyß, Hess. Urkundenbuch I, 1. Böhmcr-Ficker 159.

110. a) Von ea sigilli bis amen mit dunklerer Tinte, wohl auch von anderer (auch Petersberger) Hand geschrieben.